

02 H 588

unbekannt

I  
H  
E

E

R

A

D

11.7.53  
27.  
X  
D. B. P.  
DISSERTATIO JVRIDICA  
De

# RESERVATIONE HYPOTHECÆ AVEN- DITORE FACTA IN SECV- RITATEM PRETII RESIDVI,

Quam,  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. F R I D E R I C O  
WILHELMO,

REGNI BORUSSICI, ELECTORATUS ET PRO-  
VINCIARUM BRANDENBURG. HÆREDE, &c. &c.

IN REGIA ACADEMIA FRIDERICIANA  
AVTORITATE ILLVSTRIS JCTORVM ORDINIS,

P R Ä S I D E

DN. CHRISTIANO OTTONE  
MYLIO, J.V.D.

D. 23. Januarii Anno M DCCIV.  
Eruditorum Examini

subiect

J. J. Hudovic  
Halæ 1704.

JOHANNES NICOLAUS  
MOLLWIZIUS.

Blanckenburgo - Schwartzburgicus.

H. L. Q. C.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,  
Typis JOHANN. GRUNERI, Acad. Typogr. 1704.

JURID. LEIHINSTITUT  
HERMANN BAHR  
BERLIN  
LINKSTRASSE 43.

11953

JL

D

S.R.  
SCI  
N

CC

*ILLUSTRISSIMO AC CELSIS-  
SIMO COMITI AC DOMINO,*

**DN. ALBERTO  
ANTONIO,**

*S.R.I. QUATUOR-VIRO, COMITI  
SCHWARZBURGI ET HOHNSTEI-  
NII, DYNASTÆ ARNSTADII, SONDERS-  
HUSÆ, LEUTENBERGÆ, LOHRÆ ET  
CLETTERBERGÆ &c.*

*COMITI AC DOMINO SUO  
GRATIOSISSIMO,  
FELICITATEM!*

*JLLUSTRISIME AC CELSISSIME COMES  
AC DOMINE,  
DOMINE GRATIOSISSIME,*

**E**RUBUI HACTENUS, QUOTIESCUNQUE  
GRATIAM ISTAM PLANE SINGULAREM CURATIORE  
ANIMI ATTENTIONE SUM MEDITATUS, QUAM  
CELSITVDO VESTRA MIHI JAMDUM  
A PRIMA JUVENTUTE, & ANTEHAC PARENTI MEO  
CUM IN VIVIS ADHUC ESSET, COPIOSISSIME EXHIBUIT. INGENS  
ENIM EST BENEFICIORUM CUMULUS, QUEM COGITATIO MIHI  
PERPETUO IN MEMORIAM REVOCAT, & QUANTUM EXINDE DE-  
BITUM MIHI CONTRAXERIM, PERPENDENDUM INCOLCAT; LI-  
CEAT TAMEN MIHI, PACE CELSITVDINIS VESTRÆ, LU-  
CULENTAM GRATIAM ISTAM, QUAM ALIAS NON, NISI RUBORE SU-  
PERFUSUS, COGITARE POSSUM, PUDORE JAM REMOTO PUBLICO  
HIC PROFITERI, &, IN QUANTUM ASSEQUI POSSUM, VERBIS PRÆ-  
DICARE: PERMAGNUM SANE EST BENEFICIUM & INSIGNIS GRA-  
TIAE VESTRÆ DOCUMENTUM, QUOD CELSITVDO VE-  
STRÆ, SIMIL AC, DEO ITA DIRIGENTE, IN TENERA ADHUC ÆTA-  
TE ORBATUS ESSEM PARENTE MEO, IN AULAM RUDOLSTADIE-  
SEM ME SUSCEPERIT, IBIQUE, UT EO MELIUS STUDIORUM RATIO-  
NEM HABERE POSSEM, IN SCHOLA PATRIA PER ALIQUIT ANNO-  
PINGUI SATIS SUSTENTATIONE MIHI PROSPEXERIT. NEC DEFUI  
MIH

1ES mihi auxiliatrix gratia VESTRA, COMES BENIGNIS.  
SIME, posteaquam, relictis patriis Laribus, in Academias  
me contuli, sed eadem absenti quoque nullo non tem-  
pore præstò fuit, curamq; salutis meæ gesit plane singu-  
larem; quippe tertius nunc agitur annus, ex quo, post-  
quam in Academia Lipsiensi iniqua sorte vixeram, VE-  
STRA, ò COMES, gratia, DEO ita prospiciente, largo  
quodam stipendio mihi subveniebat, meque omni ope  
& auxilio destitutum conservabat, quo stipendio huc-  
usque etiam in hac Academia cum insigni commodo  
frui licuit. Omnibus aliis permultis & magnis benefi-  
ciis, quæ à CELSITVDINE VESTRA in totam fami-  
liam meam multis ab hinc annis profecta sunt, recen-  
fendis sum impar. Hinc etiam satius esse semper ex-  
istimaveram hactenus, tot tantaque beneficia grata  
mente tantum astervare, atque illa magis devota qua-  
dam cogitatione recolere, quam ut, gratiam summam  
inanibus verbis insufficienter exprimere, animum indu-  
cerem; At vero cum ab altera parte mihi obstaret illa ra-  
tio, ne scilicet ingratitudinis labē adspörperer, si pisce  
magis mutus tantum beneficiorum cumulum in me  
congeri paterer, nec debita gratiarum actione isthæc  
omnia agnoscerem, religio mihi fuit, diutius silere, sed,  
ut ab ingratitudinis vitio me liberer, exiguis hisce litteris  
huimillimas grates devota mente reddendas esse putavi.  
Praesertim cum jamjam commoda satis occasio se obtu-  
letit, postquam CELSITVDINI VESTRÆ placuit, ex

Regia


que  
tiore  
uam  
dum  
neo  
gens  
mili  
e de  
Li  
, lu  
e su  
blico  
præ  
gra  
VE  
æta  
dien  
atio  
nno  
lefui  
mih

Regia hac Fridericana ad munus aliquod publicum te-  
nuitatem meam gratiosissime vocare, ut peractis nunc  
studiis Academicis, DEO, quæ DEI, & Cæsari, hoc est,  
PATRIÆ PATRI, quæ IPSIVS sunt, redderem. Dum  
itaque CELSITVDINI VESTRÆ, me sistere teneor,  
piaculum foret, si non simul primitias studiorum ad  
aram VESTRÆ CELSITVDINIS deponerem, quas  
cum aliter litare non liceat, non ex sui merito, sed ex  
devotissimo offerentis affectu æstimandas, acceptum  
iri confido. Me vero ipsum simul offero, & CELSI-  
TVDINI VESTRÆ, qui præter fidem & diligentiam  
in illa sparta, cui me præficiendum voluit, præstandam,  
nihil promittere valeo, quam vota devota pro incolu-  
mitate VESTRA & CELSISSIMÆ DOMVS  
SCHWARZBURGICÆ perpetuo flore, quibus ut di-  
vinum Numen pondus addat, & largissima benedictione  
augeat, est quod unice vovet

## CELSITVDINIS VESTRÆ

Subjectissimus & devotissimus  
Civis

JOHANNES NICOLAUS Mollwitz.



### §. I.

 Atura commerciorum; alienationis *Necessitas* necessitas , & venditoris utilitas cautelarum haud semper concedunt eligere em- in venditione torem , qui paratam solvit pecuni- rerum. am, sed fidem habere sæpius est ne- cessum. Cum autem emtor , cuius vires ignoramus , interdum speciem viri boni , ejusque qui solven- do esse dicitur , habeat , quam de se suaque fide præcon- ceptam opinionem lingua ad fallendum instructa firma- re didicit ; interdum tempore contractus equidem bo- nis abundet , sed adversa postea fortuna , vel sua culpa , is, qui prior fuit, esse desinat : Hinc omni sibi modo ven- ditor prospicere debet , ne defraudetur , ac in concursu creditorum ab aliis , qui potius jus habent , excludatur , & ita suam venditionem in gratuum contractum mutare teneatur.

### §. II.

Leges æque ac Dd, hîc varias suppeditant caute- *Utilis est re-* las v. l. 16. ff. de peric. rei vend. l. 20. ff. de precario. conf. Illusfr. servatio hy- *genda est reservatio hypothecæ in re vendita, donec pre-* *Dominus STRIKIUS de Caut. Contr. ex quibus non negli. potseca,*

tium erit solutum , cujus naturam sequentes theses exhibebunt.

Quod refer-  
vatio?

§. III.  
Equidem reservatio alias dicitur , de novo nil juris tribuere , sed jus reservatum præsupponere : v. BARBO-SÆ Axiom . sub vocabulo Reservatio . ax. 1. & 2. MEVIUS . P. VIII. dec. 62. n. 2. & hinc videtur , quod venditor non pos- sit sibi reservare hypothecam , quam in re propria nemo habet per l. 29. ff. de pign. act. l. 45. ff. de R. 7. Verùm quia reservatio nostra respicit futuram rei qualitatem , ubi aliena fiet , & ita quasi conditionem transferendi dominii con- tinet , atque ab ipsa lege hoc vocabulum in nostro casu ap- probatum reperitur vid. ORD. Proc. Magd. cap. XLIX. class. i. §. 2. illud retinendum erit , & denotat retentionem s. excep- tionem cuiusdam juris , ac limitationem s. conditionem venditionis : Germ. Verkäufer bedinget sich die hypo- thec an den verkauften Hause bis zu Abtrag des Kauf- Gelds.

Quid hypo-  
theca?

§. IV.  
Quid sub hypotheca intelligamus , cuivis patebit , sc. jus in re creditori in securitatem debiti constitutum . conf. GOEDDEUS ad l. 238. §. 2. ff. de V. S. & Dd. ad tit. ff. de Pign. & Hyp.

Explicatio  
Thematiss.

§. V.  
Ne autem de quavis hypothecæ reservatione venditi- oni adjecta accipiatur nostra dissertatio , ad jecimus verba: in re vendita donec pretium erit soluti , s. in securitatem pretii residui . Quo ipso excludimus casus , ubi venditor stipulatur hypo- thecam , vel generalem in omnibus bonis emtoris pro pre- tio vid. BERLICH . P. 1. concl. 64. n. 37. & ibi alleg. vel in revendita speciale in favorem tertii , scilicet sui creditoris , vele ejus cui emtor debet . Quamvis enim hoc ultimum pactum in præ-

præjudicium creditorum anteriorem generalem hypothecam in emtoris bonis habentium, valere quidam negent, exinde quod emtor non possit recedere à pacto, quo omnia bona adhuc acquirenda obligavit, nec in fraudem hypothecæ anterioris jus acquirendum repudiare. *a. l. 45. pr. ff. de Jure fisci*: Nihilominus recte asseritur contrarium, quod enim in d. l. disponitur, illud agit de fraude debitoris, quæ huic pacto per se non ineft, nec competit jus aliquod emtori, quo absolutam rei translationem à venditore exigere possit, si hic aliter contrahere nolit. Et ex contractu modificativo, uti loquitur *MERLINUS* in *Tr. de Pign.* & hyp. *L. IV. qv. 23.* non nisi modificativum jus acquiritur tam emtori quam ipsius creditoribus. *Conf. NEGUSANTIUS de Pign.* & hyp. *P. IV. n. 34.* Intelligimus ergo h. l. conventionem inter venditorem & emtorem initam, ut tamdiu res vendita venditori sit oppignorata, donec premium erit solutum.

### §. VI.

Hanc etenim reservationem cuilibet emtioni *Reservatio venditioni* non inesse, nec a legibus tacitam venditori *hypothecæ* hypothecam regulariter tribui, constat. *vid. l. 16. ff. de in venditioni rem verso l. 1. & 2. ff. de rebus eorum qui sub tut. ORD. PROC.* *non in est, nisi MAGD. d. §. 2. & SAX. tit. XLIX. §. Ingleichen COVARRUV. expecta.*

*L. I. Var. ref. c. 7. n. 2. PINELLUS ad l. 1. C. de bon. mat. P. 3. n. 55. NEGUS. c. l. n. 35. CHRISTIN. Vol. I. Dec. 159. quia cessante lege tacita quoque hypotheca cessat vid. Illustr. Dn. STRYKIIUS de J. A. F. Secl. II. m. 5. §. 2. quamvis MERLINUS ad d. Tr. Dec. 72. dicat, quod venditio habeat reservationem hypothecæ in ventre. Nec defendi potest opinio LAUTERBACHII quando in Tit. ff. de Privil. Cred. p. m. 587. ait: quo venditor in re vendita sibi tacitam hypothecam reservavit. Potius hæc reservatio in consensu*

*Exceptio in contrahentium consistit; exceptionem tamen facit in rusticō.* *ORD. PROC. MAGD. d. I. §. 5. j. ORD. Pol. Magd. c. 29. §. 3.* sine dubio propter simplicitatem rusticorum, ob quam multum in jure habent favorem vid. l. 2. ff. si quis in *jus voc.* l. 7. §. 4. ff. de *Jurisdictione*. Idem in *Saxonia* observari dicit *R AUCHB. L. I. qu. 6. n. 7. MOLLERUS ad P. I. Conſt. 28. n. 31. BERLICH. P. I. concl. 64. RICHTER. de Privil. Cred. Cap. II. m. I. n. 45.* contrarium vero statuit *CARPZ. ad P. II. C. 23. def. 19.* Et dum ab utraque parte ad judicata provocatur, perpetua ac universalis observantia non erit, sed res eo recidit, ut allegans eam probare tenetur, cum tacita hypotheca non competit nisi ex lege vel consuetudine, hæc autem facti esse dicatur.

§. VII.

*Qualis consensus sit necessarius?* Sicuti vero contractus emtionis venditionis non est perfectus, nisi postquam uterque consenserit, quamvis non uno tempore consensus exprimatur; ita quoque in hac reservatione emtoris æque ac venditoris consensus est necessarius, ab utraque parte utcunque declaratus, non tamen simultaneus. Ast queritur num instrumento emtionis inserta reservatio hypothecæ consensu contrahentium apposita præsumatur? Et videtur omnino quod sic, maxime quando subscriptio *Casus specia-* accesfit v. l. 26. §. 1. ff. de *pign.* Magis dubium est, si emtor æque ac venditor consensum de re pro certo pretio tradenda expresserint, ita ut contractus sit perfectus, probationis gratia autem v. l. 4. ff. de *pign.* Notarium vel alium rogaverint, ut instrumentum emtionis conficiat in optima juris forma, vel, ex soll den Kauff auf das schärffeste einrichten / nulla mentione facta reservandæ hypothecæ, & subsecuta postea traditione instrumentum à Notario confectum, reservationemque hypothecæ con-

continens , ab utroque contrahentium tandem sub-  
scribatur, & ponamus , emtorem jam ante perfectum  
emtionem generaliter omnia sua bona futura aliis op-  
pignorasse , num hi existente concursu creditorum  
emtoris postponendi erunt venditori ? Negamus , eo  
ipso enim , quod contrahentes à Notario desiderave-  
rint confectionem instrumenti, non mox se obligarunt,  
ut omnia, quæ scriber, agnoscere velint, & ita emtor hy-  
pothecam nondum constituit , nec ratihabitio subse-  
cuta , uti alias *l. 16. ff. de pign. & hyp.* hoc loco in tertii  
præjudicium retro valebit ; dum autem res emta pu-  
re in dominium emtoris transit , creditores ejus mox  
jus habent quæsitum , quod rem afficit. A tempore sub-  
scriptionis tamen ius hypothecæ venditor habebit.  
Conf. NEGUS. c. l. n. 40. BRUNNEM. ad l. 15. ff. de pign.. n. 3.

### §. VIII.

Ipsos pacientes quod attinet, quilibet venditor sibi *Quis posset*  
recte reservat hypothecam, etiam si qui alieno nomine *reservare*  
vendit, nec speciali mandato ad reservandum instructus  
est , a. l. 2. C. per quas pers. Conf. SCHILTERUS ad ff. Exerc.  
*XXXIII.* ubi præjudicium: quod creditor consentien-  
tibus concreditoribus domum debitoris vendens in  
utilitatem omnium creditorum valide reservaverithy-  
pothecam. Eodem modo ab omni emtore , etiam à *Num. omnis*  
procuratore, cuius mandato ad emendum dato pote-*emtor oppi-*  
stas consentiendo in hypothecam specialiter non inser-*gnorare,*  
ta est , a. l. 58. ff. d. procurat. valide regulariter oppigno-  
ratur res emta donec pretium sit solutum. Et quam-  
vis jure Civili in minore, juxta *l. 1. & 2. ff. de rebus eorum* *Num. minori*  
imperiali rescripto opus sit , excepto casu, si ille cum  
fisco contrahat. d. l. 2. hoc tamen ad alium emtorem  
nullo modo erit extendendum. Maxime quia non tam  
in

in promissione emtoris & ejus obligatione, quam in conditione ac modo, sub quo contractus celebratus est, nec non in onere à venditore ante traditionem dominii rei venditæ imposito fundamentum æquitatis, quæ venditorem aliis præferri jubet, quærendum est: modo emtio venditio alio vitio non laboret,

§. IX.

*Contractus  
præ supponi-  
tur validus.*

*In quibus non  
ditionibus  
obtineat re-  
servatio hec*

Siquidem tam respectu personarum contrahentium, quam quoad rem venditam semper validum præsupponimus contractum; hoc enim sublato, hypotheca quoque evanescit, quæ sine obligatione non contrahitur *a l. 4. ff. de pign. & l. 16. pr. ff. d. fide* Regula alias à Dd. traditur, quod omnia quæ in bonis oppignorantibus sunt & vendi possunt, oppignorari queant per rebus & venditionibus *l. 9. §. 1. ff. de pign. l. 4. ff. qua res pign. vel. hyp. & quæ in bonis non sunt, nec oppignari possint l. 6. C. si res aliena. l. 6. C. qua res pign. obl.* Conf. *DONELLUS de Pign. & Hyp. C. 8. pr.* Et ita de nostra reservatione hypothecæ dicere licebit, quod in omni venditione apponi possit, sive res vendenda sit mobilis vid. *RICHTER. d. Privil. Cred. c. II. m. 1. n. 40. ubi præjud. sive immobilis, alodialis vel feudalis, conf. ORD. Proc. Magd. d. l. §. 3.* etiam in rebus utensilibus, quas maritus emit hoc pacto, ut donec pro iis premium solveretur, sint oppignoratae *Conf. RAUCHB. Lib. I. qv. 6. n. 47. Dissent. HARTM. PISTOR. L. I. qu. 31. n. 33.* Non tamen uno sed diverso modo.

§. X.

*De emtore  
arte investi-  
turam judi-  
cialēm rem  
alteri ven-  
dente.*

Sæpius contingit in Saxonia, ubi dominium rerum immobilium non nisi accedente resignatione dominii & subseqüente investitura judiciali transfertur *Qr. L. I. art. 34. sum. 2. & Dec. Elect. 61. ut primus emtor non dum acquisito dominio rem iterum vendat. Quod si igitur* finga-

tingamus, Cajum emisse rem à Marcello, & antequam  
de ea investitus fuit, eadem Titio cum reservatione  
hypothecæ vendidisse.

### §. XI.

Investiturâ adhuc securâ antequam lis oritur, va-  
lidam esse istam reservationem, nullum dubium est, *Affirmatur*  
quia etiam aliena res oppignorari potest sub conditio-*sive investi-*  
*tura sit secu-*  
*ne, si sua erit, vid. l. 16. §. 7. ff. de pign. & hyp. & rei alie-*  
*nae oppignoratio convalescit, si postea dominus factus*  
*vid. l. 41. ff. de pign. act. l. 22. ff. de pign. l. 5. C. si res aliena.*  
maxime si res tempore oppignorationis oppignoran-  
ti fuit debita l. 1. ff. de pign. & hyp. Accedit quod ante  
traditionem & judicialem resignationem fieri debeat  
reservatio, prout *infra* docebitur. Sed ponamus *sive non*  
hanc quæstionem esse nondum subsecuta investitura &  
translatione domini: Itidem valebit hypotheca, & Ti-  
tius actione hypothecaria conveniri poterit, *conf. BALD.* *Tam quoad*  
*in l. 3. C. de R. V. id quod etiam locum habet, contra emtorem*  
Sempronium ad quem postea pretio nondum soluto *quam tertio*  
*possessio pervenit: huic enim firmius & potius jus um posseſſo-*  
*non competit, quam quod à Titio habet, apud quem rem*  
res fuit cum onere hypothecæ Cajo ex reservatione  
competentis. Sicut ergo is, qui infirmiori jure pos-  
sideret, actione Publiciana tenetur, ita quoque Sempro-  
nium actione hypothecaria teneri fas est, & dum Ti-  
tius iusto titulo & bona fide rem habuit, ea in ejus bo-  
nis fuit *conf. l. 52. ff. de A. R. D.* per consequens eam op-  
pignorare potuit *jx. l. 1. ff. de pign.* Nec non Sempro-  
nii creditores, quibus ejus bona etiam futura, ante-*& emtoris*  
quam rem istam à Titio accepit, generali hypotheca *creditores,*  
fuere obligata, in concursu cum Cajo huic erunt post-

B

po-

ponendi, eorum enim hypotheca rem à Titio quæsi-  
tam aliter & magis afficere non potuit, quam qua-  
tenus in bonis Sempronii fuit, fuit autem jure pigno-  
ris onerata.

### §. XII.

An reservatio extra judicialis va-  
leat? de jure Civili  
quoad allo-  
dialia

etiam ratio-  
ne prælatio-  
nis

Ex his jam aliquatenus patebit, quid sentiendum  
de ista controversia: Num reservatio hypothecæ à  
venditore facta sine consentu judicis valeat? Bona al-  
lodialia, nam de feudis infra dicendum est, jure Civili  
indistincte sive sint mobilia sive immobilia sine con-  
fensu judicis valide oppignorantur, nam nuda conven-  
tione hypotheca contrahitur 1. 4. ff. de pign. & hyp. Ergo  
etiam in hac nostra reservatione judiciali consensu non  
opus est; Et quamvis juxta LL. Romanas publica hypo-  
theca privatæ præferatur 1. ii. C. qui pot. in pign. atta-  
men venditor privatim sibi reservans hypothecam,  
quoad pretium residuum, omnibus emtoris creditorori-  
bus hypothecariis, etiamsi instrumentis publice con-  
fectis nitantur, erit præponendus, quia in nostro ca-  
su jus prælationis maxime èo nititur, quod cum one-  
re pignoris ad emtorem transferit, & ad satisfactionem,  
fine qua dominium non transit, pertineat v. 1. 2. ff. de  
rebus eorum, 1. 5. §. 18. ff. de tributoria. act

### §. XIII.

Jus Saxonii-  
cum judicia-  
lem requirit  
oppignora-  
tionem  
immobilium.

E contrario Jus Saxonicum, non minus Provincia-  
le quam Electorale, inter mobiles & immobiles distin-  
guendo, in illis nullam solennitatem judicialem, in  
his autem magistratus autoritatem desiderat, tam quo-  
ad causandam actionem hypothecariam, quam quo-  
ad privilegium prælationis, ut dicit CARPZ. ad P. 2. C.  
23. def. 1. j. & Lib. I. art. 8. MOLLER. ad d. C. qui pro-  
voca-

voca  
rubr.  
ter i  
antiqu  
sen-  
inde  
29. n  
stra-  
sus  
Mag  
XLII  
gati  
unu  
præ  
min  
serv  
stru  
gill  
bro  
c. 1.  
Def  
dur  
don  
TIA  
can  
tali  
&  
cur  
sula  
niu

vocat ad antiquam observantiem. v. post. Weichbild sub  
rubr. Genteine tāgl. Urtheil Tit. Verpfändung der Gü-  
ter durch schlechte Handschrift add. ORD. Proc. Magd.  
antiquam de anno 1652. tit. 5o. n. 8. Weil denn nach Sach-  
sen-Recht. RAUCHB. l. i. qv. 6. n. 14. j. Dee. Elect. 6o. Ex-  
inde igitur gravis, uti eam appellat BERLICH. P. 2. Concl. Num idem  
29. n. 56. orta est controversia, num in Saxonia ad no- b.l. dicen-  
stram quoque reservationem quoad immobilia consen- dum.  
sus judicis requiratur? Eadem quæstio erit de Jure  
Magdeburgico. a. ORD. Proc. Magd. de anno 1686. Cap.  
XLIX. class. 3. §. 46. Et quia pro affirmativa æque ac ne-  
gativa multæ afferuntur rationes, eas excerptas & in  
unum collectas hīc subjecere liceat.

#### §. XIV

Quo magis autem status controversiæ appareat, *Status con-*  
præmonendum est, in eo omnes consentire, quod no- *troversiæ.*  
minata, specifica, & verbis expressa approbatio re-  
servatæ hypothecæ non sit necessaria, sed sufficiat in-  
strumentum emtionis, cui hæc reservatio inserta, si-  
gillo aut subscriptione judicis esse confirmatum velli-  
bro judiciali s. actis publicis traditum. *Vid.* BERLICH.  
c. 1. MOLLERUS c. 1. & L. I. Sem. c. 4. CARPZ. ad d. Conf. 23.  
Def. 16. Nec de eo lis est, quando traditio judicialis non-  
dum secuta, tunc enim penes venditorem adhuc est  
dominium & exinde fruitur jure prælationis MARTIN.  
*ad Ord. Proc. Sax. tit. 42. §. 3. n. 2.* imo hypothe-  
cam adhuc reservare potest. Verū ponendus est  
talis casus, ubi contractu extrajudicialiter celebrato  
& hypothecā reservatā, postea vel nullo emtionis do-  
cumento oblato, vel in eo ab Advocato omissā istā clau-  
sula, venditor in judicio rem' emtori tradidit & domi-  
nium resignavit, ita ut judici, dum in alienationem &

traditionem consensit, de hac reservatione facta non  
constiterit.

### §. XV.

Rationes pro  
affirmativa

Li, qui consensum judicis necessarium esse statu-  
unt, deducunt Primum argumentum ex d. *Const. 23.* &  
ejus generalitate, à prohibita oppignoratione ad pro-  
hibitionem reservata hypothecæ, quod sicuti nemo si-  
ne licentia judicis hypothecam in bonis mobilibus con-  
stituere potest, sc. ut omnes effectus habeat, ita nec hoc  
liceat fieri per pactum in contractu emtionis venditio-  
nis. Quam consequentiam ulterius probare tentant ex  
*L. I. §. fin. ff. de rebus eorum qui sub Etc.* quasi respiciendum  
sit ad tempus dominii acquisiti, & quicquid tunc re-  
quiritur, antea quoque observandum, seu, quicquid ju-  
ris in oppignoratione, illud quoque in reservatione  
hypothecæ. Hidum argum. est desumptum à ratione  
prohibitæ oppignorationis, ne sc. re pluribus obligata  
creditores decipiatur v. d. *Const. 23.* quam etiam in no-  
stro casu, si rem venditam alius, qui pretium nondum  
solutum esse ignorat, sibi oppignorari curat, & hinc  
eandem juris dispositionem adesse ajunt; maxime cum  
favor tertii, istius nempe creditoris concurrat, cui re-  
nunciare vel aliquid detrahere contrahentes neque-  
ant. III. Provocant ad observantiam & judicata. *Vid.*  
*BERLICH. & MOLLER. all. II.*

### §. XVI.

Pro negativa

Contraria autem opinio à Dd. his firmatur ratio-  
nibus. I. Quod quilibet possit contraetui emtionis ven-  
ditionis pactum adjicere, & hoc validum esse oporteat,  
etiam si alias non valeat, hunc in finem, ut propter con-  
tinentiam cum contractu hic subsistat, quia vendor  
non

non vendidisset, nisi tali fuisse fretus conventione per l.  
8. & ult. C. de pact. inter emt. & vend. & l. 13. pr. ff. comm.  
pred. Huic argumento affine est quando II. dicunt quod  
talis reservatio pars sit contractus, et ita una conven-  
tio. vid. PINELLUS ad l. 1. C. de bon. matern. P. 3. n. 52.  
emtio venditio autem rerum immobilium etiam sine  
judiciali solennitate valeat. L. I. art. 34. conf. Addit.  
Weichb. sub rubr. von fauffen und verkauffen tit. Was  
ein Mann faufft ic. nec liceat unum contractum pro  
parte acceptare & pro parte repudiare. vid. WESENB.  
Conf. 232. n. 13. III. quod vendor non nisi cum hac reser-  
vatione fidem habuerit, & si haec satisfactio corruet  
atque fides habita cesseret, nec dominium in emto-  
rem sit translatum a. s. vendita. J. de Rer. div. IV. quod  
d. Conf 23. loquatur de debitore sua bona oppignoran-  
te, & haec juris statutarii dispositio, à jure communi  
devians, non sit trahenda ad nostrum casum, ubi res  
emta antequam emtoris fit, obligatur, & non nisi sub  
haec conditione ad eum transit. V. Æque ac dissentia-  
entes allegant, sæpius ita à JCTis fuisse judicatum. vid.  
CARPZ. c. l. def. 16. & L. IV. Resp. 27. RICHTER. de Privileg.  
Cred. c. 2. m. 1. n. 41. PHILIPP. ad Dec. Elect. 63. n. 7. WE-  
SENB. P. 1. conf. 93. RAUCHB. L. I. qv. 6. MARTIN. ad Ord.  
Proc. Sax. Tit. XLII. §. 2. n. 12.

### §. XVII.

Ex his diversis opinionibus, quænam æquitati & *Quænam*  
juri convenientior sit, facile, ni fallimur, dijudicandum *opinio verior*  
est, ubi posteriorem præferre non dubitamus. Videamus  
enim fontem, ex quo haec reservata hypotheca poti-  
simù m suum vigorem & vim habet. Verba Ordin. Proc.  
Sax. Tit. 42. §. 2. haec sunt: Da auch einer etwas ver-  
faufft/

kaufft / und ihm alsbald bey solchen Kauff auf den Gu-  
te / ehe er es dem Käuffer tradiret und einräumet / ein  
beständiges Unterpfand wegen des hinterstelligen Kauff  
Geldes vorbehält / soll er ic. UbiLLator simpliciter loqui-  
tur, nulla mentione consensus judicialis facta, & requirit  
reservationem fieri in continentia antequam res tradi-  
ta, & dominium resignatum est: notum autem est quod,  
sicuti nulla lege exigitur, contractum in judicio fieri,  
ita quoque nunquam fere in loco judicij contrahant,  
sed perfecto jam contractu ad transferendum domi-  
nium iste judicii proponi & hoc resignari soleat. Dum  
ergò lex ante traditionem judicialem reservationem  
fieri suadet, extrajudicialem quoque validam esse  
simul affirmat. Amplius hoc colligi pooteſt ex ver-  
bis antea allegata mox subsequentibus: In Erwe-  
gung / daß der Schuldner solch Gut bald anfangs mit  
dem Onere und Beding überkommen / daß es dem Ver-  
käuffer verpfändet seyn solte ic. in quibus fundamen-  
tum antecedentis decisionis subministrat & id ponit 1) in  
conditione & lege contractui à venditore adjecta, sub  
qua ad emtorem res transit, ita ut nec momento fuerit  
simpliciter dominus. conf. l. 2. ff. & rebus eorum qui &c.  
JOSEPH. de SESSE Decif. Regni Arragon. LXXII. n. 12. 2)  
quod emtoris creditores in bona ejus potius jus non  
habeant quam ipse debitor. Simul ac autem 3) istam  
ante judicialem traditionem reservatam hypothecam  
dicit onus, eo ipso concedit hoc etiam antea rem affi-  
cere & ei inhärere: ex quo ulterius sequitur quod non  
in judiciali demum traditione vires suas consequatur  
ista reservatio. Proinde tam quoad emtorem & ejus  
heredes quam quoad ipsius creditores & alios posseſſo-  
res

res nullus judicis consensus requiritur. Cum enim ipse debitor sua bona extra judicialiter in Saxonia oppignorans & ejus heredes nil contra eam hypothecam excipere possint v. d. *Const. Elect.* 23. multo magis h. l. valide tenebuntur, ut omnis dolus evitetur & sola bona fides observetur. *vid. l. i. §. 1. ff. de act. emti.* Reliquos autem obligari exinde constat, quod onera realia ad omnes transeat. Magis nostrae assertionis veritas in lucem prodibit, si tam dissentientium rationes, quam eas, quibus nostras resellere student, discutiemus.

### S. XVIII.

Quoad Imam nostrae sententiae rationem conce-  
dunt, liberum cuique esse, ut res suas quibus cunque libuerit conditionibus vendat, sed negant id fieri posse absque solennitate legali, sicuti cuique liberum est arbitriū de rebus suis per ultimam voluntatem disponendi & tamen solennitate hac indiget. Verū enim vero quam fallax hæc à testamento ad emtionis venditionis contractum sit argumentatio, in aprico est, non solum quia in ultimis voluntatibus major fraus, ne adulterinæ sint, metuenda, quam in nostro casu, ubi ipsi contrahentes ab utraque parte in hanc reservationem consentiunt; sed etiam quia ibi adest dispositio legis, quod neglecta solennitate testamentum corruere debeat, nullibi autem reservationem sine judicis licentia fieri prohibitum reperitur. Et dum hanc reservationem dicunt conditionem venditionis, quid aliud affirmant, quam quod si illa non subsistat, nec hæc ad effectum pervenire queat a. l. 31. ff. de O. & A. j. l. 38. §. 1. ff. de A. vel A. P. id tamen negant, convicti axiomate juris, quod semper conventio aliquid operari debeat & pro ea defendenda.

Defensio rationum pro negativa

da, juris interpretatio sit facienda. Insuper in hoc ca-  
su id quod alias stricti juris est, non esse attendendum ap-  
paret ex al. l. 13. ff. comm. pred. nec ad rem facit, num stri-  
cto jure pacta invalida alias dicantur ex prohibitione ju-  
ris gentium, an vero ex prohibitione Juris Civilis, eti-  
am si ponamus cum BERLICHIO c. l. facilius contra istam  
veniri, id quod tamen simpliciter concedere merito du-  
bitamus: sufficit enim etiam contra hanc, quamvis dif-  
ficilius, veniri posse. Accedit, quod lex aliud suadeat.

### §. XIX.

Ildam rationem negant, duos contractus, unum  
principalem & alterum accessorium, & illum absque  
hoc subsistere posse, statuentes, quem in finem alle-  
gant l. 7. §. 5. & 6. ff. de pactis & l. 1. S. fin. ff. de rebus  
eorum. Cum autem consensus venditoris tunc sit re-  
strictus ad istam modificationem, & pacta, quæ le-  
gem dant contractui, huic inesse dicantur d. §. 5. l. 7.  
ff. de pactis non video cur non hoc loco unum tantum  
contractum individuum adesse dictum sit. Textus  
obstantes nil contra nos probant l. 7. enim tantum dicit  
contractum vel ex toto vel ex parte pacto mutari posse,  
hæc mutatio autem novam exigit conventionem. Et ex  
l. 1. tanquam jure singulari, contra juris regulas v. l. 2.  
ff. eod. nullum argumentum ad alios casus valet, prout  
eleganter id deducit, & l. 1. iniquitatem ostendit PI-  
NELLUS d. l. quam tantam reputavit MATIENSUS l. 2.  
tit. 3. lib. 5. recop. glossa. l. n. 17. ut dixerit, se contrarium judi-  
caturum in Regno Castellæ, quia ibi textus juris Civilis  
non ut leges sed ut responsa prudentum, quatenus  
moralis & æqua ratione ducuntur, servarentur. vid. NON.  
ACOSTA de Priv. Cred. Reg. 2. ampl. 4. n. 6.

### §. XX.

§. XXI.

Ad IIItiā nil amplius regerunt. IVto argumento objiciunt, statuta quoq; esse extendenda, ubi ratio dispositionis est expressa, hoc autem in *Conf. 23.* factum esse. Resp. Hoc non procedit contra jus commune & fortiorē juris rationem, qualem pro venditore militare ipsa jura agnoscunt, quod non nisi cum onere emtor rem acceperit v. l. 2. *ORD. PROC. SAX. e. l.* Et ita adhuc salvæ sunt rationes & fundamenta opinionis negativæ.

§. XXI.

Contrariorum argumentorum debilitas mox patet. Ad Imum enim negatur consequentia ab op-pignoratione bonorum debitoris ad reservationem hypothecæ in re vendita, & ejus probatio ex d. l. i. de-sumta est nimis subtilis, nec secundum ea, quæ s̄apie dicta sunt, procedit in omnibus casibus. Ita quoad II, diversa subest ratio. *MOLLERIUS* equidem c. l. n. ii. ean-dem statuit, ita loquens. *Taceo quod si contraria opinio ad-mitteretur, futurum esset, ut non pauci in his terris deciperen-tur.* Cum enim non rarum sit, ut bona immobilia hoc pacto vendantur & tradantur, ut integrum pretium, tanquam pecuniam creditam sub usuris emtor penes se ad tempus conven-tum retineat, bona autem eadem pro pretio venditor interim ex instrumento contractus obligata sibi habeat, non esset pro-fecto difficile emtori & possessori, illa ipsa bona alii quoque priorem hypothecam extra judicium contractam ignorantibus, in judicio postea, tanquam à nexus pignoris prorsus libera, obli-gare, & sic creditores simul & judices ipsos circumvenire. Verum enim vero quis non videt, eadem facilitate læ-di posse alium creditorem, etiamsi judicialiter facta sit reservatio, si instrumentum contractus vel acta judicia-ria non inspicit, & eodem modo eum se cure agere,

C

si

si privatum instrumentum emtionis & quietantias super  
pretio soluto sibi edi curat, cum nunquā fere venditio re-  
rum immobilium, nisi sint viliores, celebretur, quæ non  
in scripturā redigatur, nec facile emtor, etiam rusticus,  
sine judiciali quietantia & abdicatione ohne Quittung  
und Verzicht/pretium solvat. Imo ipsum venditorem ad-  
dire & eum hāc de re interrogare potest, quod si enim hic  
jus suum reservatum occultet, illo contra interrogan-  
tem ob præsumptionem doli uti non poterit. Et casus  
sunt plane diversi, atque ex parte vendoris accedit,  
contraria ratio æquitatis: Hinc eandem, solam, & ad æ-  
quatam rationem adesse recte negamus, ut taceam, quod  
itenditas rationis nil operetur in singularibus contra  
jus commune, maxime in odiosis, & ubi contrarium ju-  
ris argumentum obstat, vid supra §. 17. Omne omnino  
dubium cessaret, si Ordinatio Proc. Saxon. Anno 1699. no-  
viter compilata, publicata esset, ibi enim tit. XLI. in pri-  
ma classe sub n. 3. ita dicitur: Das rückständige Kauff-  
geldt/es sey gleich An- oder Tagezeit Gelder / wenn des-  
wegen der Verkäuffer beym Kauff ihm nur die hypo-  
thec oder das Eigenthumb an den verkausten Stück  
vor oder auch ausser Gericht vor behalten.

§. XXII.

Supereft Tertium ab exemplo deductum. Ast unicū  
cum ab omnibus allegatur, quod si recte consideramus,  
deprehendimus illud tantum consistere in nuda deli-  
beratione JCtorum, ita enim MOLLERUS ad d. Conf. 23.  
n. 5. Sed his omnibus non obstantibus in proposita questione con-  
trarium verius puto, & ita in curiali judicio Lipsensi me pre-  
sente conclusum scio, in causa creditorum Petri Verken. Cum  
enim unus ex illis predium quoddam suum Petro Verken ven-  
didisset, reservata sibi hypotheca pro residuo pretio in instru-  
men-

per  
re-  
non  
rus,  
ung  
a-  
hic  
an-  
sus  
dit,  
læ-  
od  
tra  
ju-  
no  
no-  
pri-  
iff-  
es-  
oo-  
uct  
  
ni-  
as,  
li-  
23.  
n-  
e-  
m-  
n-  
u-  
n-  
-  
mento venditiones , ex eoque sub sigillo publico Judicij ejus loci, in quo predium suum erat, productio, Domini Assessores Judicij Curialis intelligrent contractum totum venditionis, & sic hypothecam quoque in eo constitutam, judici fuisse insinuatum, unanimi consensu concluserunt, venditorum in revenditâ reliquis creditoribus preferendum esse; alias autem, si illa solennitas judicialis non intervenisset, hypothecam illi, quod non solvendo esset debitor, aut difficulter saltem exigi posset, haud quam profuturam putabant. Obtinet hic, salvo istius Curiae respectu, quod HARTM. PISTOR. L. IV. qv. 25. n. 17. monet, in judiciis, in quibus plenius deliberandi spatiu[m] non supereſt, multa obiter tractari. Et ab eo allegatus FAB. de MONTE in Tr. de emt. vend. dicit : ideo t[em]pe errari; notum enim est, quam multæ causæ brevi temporis spatio 4. sc. vel 5. dierum, in dicta curia deciduntur. Cumque nostræ opinioni accedant JCRI Wittebergenses & Jenenses nec non Domini Scabini Lipsienses, varios casus in terminis ita incidentes , v. Dd. §. 16. citatos, illa omnino verior est præsumenda, quia verius & magis integrum est judicium, quod multorum, quam quod unius aut alterius sententia comprobatur, & opinionum varietate stante ea est sequenda, quæ magis æquitati convenit, & à rigore discedit. v. BARBOSÆ Axiom. L. XIII. c. 28. ax. 1. & 4. conf. Excell. Domini THOMASH. Diff. de Jure Consuetudinis & Observantie.

### §. XXIII.

Nunc ad feuda transimus, ubi quæſtio movetur, an *In feudi an-* Domini vel agnatorum consensu sit necessarius ad hanc *Domini con-* reservationem? Quoad ipsum dominum feudi & qua- *sensus sit ne-* tenus ejus subest præjudicium, num sc. feudo ad eum *cessarius,* devoluto istud pretium residuum solvere teneatur, & absque ejus consensu, si emtor pretium non solvat, ad

*Affirmatur pignoris distractionem perveniri possit &c. domini  
quatenus ejus consensum omnino requirimus, quamvis id neget BER-  
pre judicium LICHUS P. I. cunct. 64. Siquidem natura feudi hæc est ut  
vasallus domino nocere, & feudum onerare nullo mo-  
do queat, nisi ipsius consentus accedit, idque propter  
proprietatem apud eum remanentem 2. F. 8. v. VULTE-  
JUS de Feudis L. I. c. 10. n. 43. Jam autem domini jus, quod  
habet in feudo ante venditionem, illud, prout tunc est,  
afficit, ergo ipsi invito citra juris autoritatem adimi-  
vel deterior reddi nequit. Nec consensum in aliena-  
tionem datum, ad hanc reservatam hypothecam ex-  
tendere licet, quia iste tantum respicit alienationem ju-  
ris Vasalli, non domini, & ideo de non cogitatis mini-  
mo est accipiens. conf. ALVAROTTUS ad 2. F. 55. pr. n. 15.  
imo alienationem, quæ hanc oppignorationem seque-  
retur, diversam esse à priori constat.*

#### §. XXIV.

*Qualis con-  
sensus?*

Aliud erit, si ipsi contractus emtionis venditionis in scripturam redactus, & pignus adjectum continens offertur, addita generali quæstione, num in hanc alienationem consentire velit, & ipse quoque generaliter suum consensum declarat, etiam si in investitura nullam pignoris reservati faciat mentionem: quia generalis consensus etiam comprehendit ea quæ expresse sunt an-nexa, & tacitus quoque sufficit. vid. STRUVIUS in Synt. Jur. Fend. c. 13. apb. 2. n. 1. SIVENDEND. ad J. Ritt. Lucubr.

*Exceptiones.* Fend. Diff. 13. §. 14. Ita quoque nec in feudis mere hereditariis & alienabilibus necessarius erit. add. 2. F. 48. v. Illastr. Dominus STRYKIUS in Exam. Fend. c. IV. qv. 53. item in fructibus feudi perceptis, quippe qui habent natu-ram allodii SIVENDEND. c. 1. §. 12. verb. Fructus faciendi suos.

ni  
ER-  
ut  
no-  
pter  
TE-  
quod  
est,  
imi-  
na-  
ex-  
ju-  
ini-  
. 15.  
que-  
  
nis  
ens  
lie-  
iter  
lam  
alis  
an-  
synt.  
ubr.  
he-  
. v.  
rem  
atu-  
ndi  
os.

fiuos. Item in feudo domino vendito cum tali clausula  
conf. VULT. d. l. n. 43. circa finem.

§. XXV.

Consensum autem agnatorum sc. emtoris, (nam ad Agnatorum  
agnatos venditoris, postquam in alienationem consen- consensus non  
ferunt, nil amplius spectat) hic excludimus, quia non nisi, requiritus  
quoties ipsorum inter est, requiritur; & ideo etiam quo-  
ad ipsos & alios impune negligitur & nihilominus ipse  
emtor ejusque heredes conf. STRYKII Exam. 3. F. c. XIX.  
q. 2. § 9. & agnati istud debitum solvere tenentur, at-  
que æque ac alii possessores actione hypothecaria ad tra-  
dendam creditori possessionem conveniri possunt, em-  
toris quoque creditores hypothecarii venditori erunt  
postponendi. conf. CARPZ. L. IV. resp. 28. BERLICH. c. I.

§. XXVI.

Illud adhuc dubium restat, num quoad hos effectus Num Domi-  
Domini consensus necessario adhiberi debeat? Nega- vi consensus  
tur. Quamvis enim CARPZ. P. 2. C. 23. def. 18. consensum adesse debeat  
domini absque distinctione casuum requirat. Conf. quoad emotio-  
RICHT. Tr. d. Privileg. Cred. cap. IV. Eccl. 2. n. 263. ex ea ratio- rem, agnatos  
ne, quod ille sit de substantia oppignorationis, cui ra- & tertium  
tioni aliam addit HARTM. PISTOR L. I. qv. 31. ex saepius possessorum  
citata l. i. desumptam: attamen oppignorationem simili- atque credi-  
torem. tores.  
cem seu ordinariam, à Vasallo feudum jam suo nomine  
possidente factam, à nostra reservata hypotheca etiam  
in feudo differre, nec ab una ad alteram concluden-  
dum esse, ipse CARPZOVIUS confitetur L. IV. Resp. 28.  
dum ibi oppignorationem feudi sine consensu agna-  
torum, vel simultaneè investitorum non valere affir-  
mat illud autem in nostro casu tanquam speciali non  
procedere dicit, & hinc quamvis oppignoratio feu-  
di sine consensu Domini non consistat, 2. F. 55. nihil o-

minus hæc reservata hypotheca erit valida, & ista legis dispositio adhunc specialem casum minimè trahenda. Ratio quoque, cur domini consensus alias est necessarius, ne scilicet ipsi noceatur, h. l. cessat, ita ut salvo jure domini emtor vel ejus successor actione hypothecaria à venditore conveniri possit, ad consequendam feudi possessionem, donec ipsi ex fructibus vel aliunde satisfiat. Ipsa vero distractio pignoris i[n]vito domino fieri nequit, nisi alii creditores, quibus feudum cum consensu domini oppignoratum est, illam urgeant, ubi domino non nocebit, quisnam ex creditoribus alteri præferatur. *conf. ORD. PROC. SAX. tiz. 45. §. desgleichen* *xc.* Ipsi creditores autem vel generalem anteriorem vel specialem posteriorem, cum consensu domini impletam hypothecam habentes plus juris in feudo habere non possunt, quam ipse emtor habuit *a. l. 3. ff. de pign.*

§. XXVII.

*Num reservatio post traditionem fieri possit?*

Progradimur ad quæstionem, quando & num ante vel post traditionem, vel in ipso traditionis actu reservatio fieri queat? In eo fere omnes Dd. consentiunt, quod post translationem dominii factam pignus in præjudicium creditorum anteriorum reservari nequeat, quia hic mox translato dominio jus quæsumum in re habent, cui nec vendor nec emtor aliquid detrahere poterit. Nec videndum quomodo contrarium possit statuere *STRACH. Tr. de Decret. P. ult. n. 6.* in eo casu, quo post traditionem demum instrumentum emtionis venditionis conficitur cum clausula reservatæ hypothecæ, uti eum allegat ab eo dissentiens *BERLICH. P. I. Concl. 64. n. 42. conf. §. 7. supra* nisi ponamus, ad substantiam contractus vi conventionis scripturam requiri, vel ante contractum perfectum spe futuræ venditionis hec währē-

den

legis  
nda.  
Tari-  
jure  
eca-  
feu-  
e sa-  
nino  
con-  
i do-  
præ-  
en n.  
vel  
npe-  
abe-  
pign.  
ante  
rva-  
uod  
judi-  
quia  
ent,  
erit.  
uere  
tra-  
onis  
eum  
. 42.  
tra-  
con-  
ren-  
den

den Tractaten traditionem nudam esse factam , tunc enim dominium nondum est translatum , cum sine animo illud transferendi , & titulo habili non transeat. Non solum autem hæc procedunt quoad creditores anteriores , sed etiam posteriores meliorem hypothecam , publicam sc. vel in Saxonia jndicialem habentes . Nec tertius possessor ibi actione hypothecaria tenebitur , nisi judicialis consensus acceperit , & quicquid alias ad oppignorationem requiritur , b. l quoque erit necessarium ; omnes enim rationes , quas supra ad sustinendam extrajudiciale reservationem adduximus , cef- fant , & imputet sibi venditor quod non melius sibi prospexerit . v. l. 203. ff. de R. J. & l. 2. C. de Fuctis. ORD. Proc. Magdeb. d. l. expresse ita loquitur : Welcher auff seinen verkaufften Guthe es sey Lehn oder Erbe / ehe er dem Käuffer dessen Eigenthumb und Lehn Gerichtlich über- signet und lauffgelassen / ihm ein beständiges Unter- pfand wegen des hinterstelligen Kauff- Geldes / oder die possess und den Eigenthumb gar daran / so fort Anfangs des Contracts vorbehalten / c. & ORD. Process. Sax. c. l. ita habet : und ihm alsbald bey solchen Kauffe auff den Guthe / ehe ers dem Käuffer tradiret und einräumetric. proinde quoad jus nostrum Magdeburgicum & Saxonicum nullum dubium remanet , & dum hoc æque ac illud dominium non nisi per judiciale abdicatio- nem transferri permittit , in aprico quoque erit sub traditione in ORD. Proc. Sax. intelligi non privatam atque nudam sed judiciale istam resignationem.

### §. XXVIII.

Verum quando Dd. hanc reservationem vel ante <sup>Num ante</sup> traditionem , vel in ipso traditionis actu recte fieri di- traditionem cunct , vid. Illustr. Dn. STRYKIUS de C.C. Sect. III. c. 9. §. 24. & in ipso tra- MAR-

ditionis  
actu?

Rationes du-  
bitandi

MARTINI ad Ord. Pr. Sax. Tit. XLII. §. 2. n. 5. BERLICH. P. I.  
Concl. 64. n. 40. PHILIPP. ad Dec. Elect. 63. n. 5. RICHT. de Pri-  
vile. Credit. C. II. m. 1. n. 42. ZIEGL. ad d. ord. verb. ehe ers-  
dem Käuffer tradiret. posterius adhuc dubium vide-  
tur, quoad jus prælationis quo alias anterioribus hy-  
pothecariis emtoris præfertur, si longe ante traditio-  
nis actum contractus fuerit perfectus, & de pretio fi-  
des simpliciter habita. Ex hac ratione, quod eo casu  
res vendita mox post pure contractam & perfectam em-  
tionem emtori debeatur, & eo ipso in ejus bonis sit,  
atque sicuti postea oppignorari potest ita quoque  
sub priori hypotheca generali comprehendatur & ea  
afficiatur, & ex inde creditorum juri quæsito nil de-  
trahi, nec hæc reservatio pars contractus & fides sub  
conditione habita dici queat nisi emtor & venditor ini-  
tio vel in fine contractus vel mox post contractum de-  
pignore convenient. Et in ORD. Process. Sax. dicitur als/  
bald bey solchen Kauff/ ubi dictio, als bald/æqui pollens  
latin o vocabulo, incontinenti, videtur significare in in-  
gressu contractus, vel ante eum, vel statim post, sicuti  
alias in pactis contractui adjectis à JCtis in l. 7. ff. de  
paetis. l. 13. C. cod. l. 3. C. de codil. edit. l. 21. C. d. usuris expo-  
nitur. conf. Excell. Dn. BODINI Disp. de eo puod fit in conti-  
nenti Cap. I. quam explicationem aliquatenus confir-  
mare videtur subsequens particula, bey. Majus ad huc  
dubium ex ORD. Proc. Magd. d. §. 3. sumi potest pro-  
pter verba: so fort anfangs des Contracts.

### §. XXIX.

Rationes de-  
cidendi

Nihilominus quia hypotheca nuda conventione  
constitui potest & h. l. juxta l. 2. ff. de rebus eorum. suam  
vim & prælationem exinde maxime habet, quod cum  
dominio pignus simul sit quæsitus h. e. emtor aliter  
non

P. I.  
Pri-  
ers  
ide-  
hy-  
titio-  
o fi-  
casu  
em-  
s sit,  
que  
& eâ  
de-  
sub  
ini-  
n de-  
als-  
lens  
in in-  
icuti-  
ff. de-  
xpo-  
onti-  
nfir-  
lhuc  
pro-  
ione  
uam  
cum  
aliter  
non

non fiat dominus , quam quod venditor simul habeat pignus , & ita magis ad translationem dominii quam plumbum contractum sit respiciendum, haud absurdum est, quod venditor, qui pro pretio residuo rem venditā quasi pignus retinere potest, & jure dominii, quamdiu illud penes eum est, aliis creditoribus præfertur , imo rem ipsam vindicare potest, in ipsa dominii translatione ab hoc privilegio sub conditione reservatae hypothecæ recedens, hac sibi prospiciat & fruatur. Hinc in ipso traditionis actu hypothecam valide retineri statuimus. Nec oppignoratio rei alienæ, quamvis oppignoranti debeatur, in præjudicium prioris domini amplius valebit , quam quatenus oppignorans postea dominus fuit factus. Et quia dictio, *in continentia*, variabit inter- pretationes, ideo temper pro substrata materia erit ac- cipienda vid. Excell. Dn. BODINVS d. l. & BARBOS. Axiom. L. IX. c. 49. axiom. i. nostramque explicationem ipsa lex verbis mox subsequentibus ehe ers dem Käuffer tradiret , suppeditavit. Quod vero attinet Ord. Magd. notandum est, ibi duos haberi casus, quorum unus con- tinet reservationem hypothecæ, alter reservationem possessionis & dominii: ad hunc pertinent verba, so fort anfangs des contracts/ prior autem verbis ante- cedentibus, ehe er dem Käuffer dessen Eigenthumb und Lehn gerichtlich übereignet und aufgelassen ihm ein beständiges Unterpfand wegen des hinterstelligen Kauff- Geldes vorbehalten / ex primitur. Id quod non solum particula disjunctiva subsequens, oder/ sed & §. 2. ante- cedens suadet , ubi dicitur, quod si res vendita absque reservatione tradatur, jus prælationis cesset: ergo, argu- mento à contrario desumto , traditio cum reservatione facta prærogativam operatur. Et dum in §. 5. voca-

D

bu-



bulo, Dominium, opponuntur verba hec dem Kauffet  
atque dictio, Hypothec, vocabulum, tradition, respondet,  
ad duos casus §. 3. respicitur.

§. XXX.

Quibusnam  
verbis?

Cæteruna sicuti hypotheca verbis, generalibus, in-  
definitis, & impro priis constituitur l. 3. §. fin. ff. qui pot.  
in pign. NEGUS. P. III. m. 1. n. 3. seq. MERLIN. Dec. 50. n. 19.  
§ 20. ita h. l. ejusmodi verba sufficiunt e. lg. es sollen  
1000. Gulden aussim Hause stehen bleiben. Item: ex ha-  
be ferner nichts an dem Hause als 100. Gulden rückstän-  
diges Kauffgeld zu prætendiren / nec præcile reservationis  
& hypothecæ intentio fieri debet. Et ita accipien-  
di sunt Dd. quando dicunt, quod vendor de expressa hy-  
potheca sibi prospicere & nominatim eam reservare de-  
beat. MARTIN. c. l. n. 6. PHILIPP. ad Dec. 63. pr. Num au-  
tem verbis ore prolati, an vero Scriptura fiat pignoris  
reservatio, nil interest.

§. XXXI.

Reservatio  
hac probat si-  
dem esse ha-  
bitam &  
dominium  
translatum

Videamus nunc quid operetur? Multum refert, an  
re vendita emtoris facta, an vero in dominio vendito-  
ris manserit, saepiusque de eo lis movetur, quia non  
constat, num fides de pretio habitam nec ne. Quod si  
igitur vendor rem tradiderit, & in securitatem pretii  
hypothecam reservaverit, fidem esse habitam apparet,  
& dominium translatum, unde vendori rei vindica-  
tionem esse denegandam, & ita judicatum recte asserit  
MEVIIUS. P. IV. Dec. 280. conf. Illustr. Dominus STRYKIUS  
de C. C. S. II. c. 9. §. 24. Et magis certum est, quod pericu-  
lum rei venditæ & oppignoratae ad emtorem spectet. a.  
l. 21. §. 2. ff. de pign. l. 6. § 9. C. de pign. act. conf. Magdebur-  
gische Polizey-Ordn. cap. XXII. §. 4. MUDÆUS de Pign. &  
Hyp. sub rubr. de Vi & Effectu Pign. & Hypoth.

§. XXXII.

### §. XXXII.

Ulterius hæc reservatio producit jus reale pignoris *Operatur jus a. l. 5. §. 8. 17. & 18. ff. d. trib. act. & l. 7. C. qui potiores. l. 2. ff. de hypotheca in rebus eorum qui substitut.* Ratio enim quæ in d. l. 2. objicitur *revendita & l. 1. §. fin. sc. quod cum dominio pignus queratur, generalis est, & in minore tantum limitata. Afficit autem ejus accessiones;* & in minore tantum limitata. Afficit autem specialiter rem venditam, & ejus accessiones; *l. 1. §. 2. l. 13. l. 26. §. 1. ff. de pign. l. 3. C. in quibus causis pign.* MEVILLUS P. VIII. dec. 214. BRUNNEM. ad. l. 16. ff. de pign. quare in solo vendito, & venditori oppignorato, exstructa domus eidem quoque est obligata *v. l. 16. §. 2. ff. de pign. & hyp.* BALDUIN. de eadem materia Cap. X. HOFFMANN. de Jure rerum individual. C. III. sect. 3. apb. 3. E contrario reliqua bona non afficit, & quamvis expressa conventione in iis hypotheca constitui queat in majorem securitatem pretii residui, id tamen cum solennitate legali h. e. consensu judicis in re immobili jure Sax. fieri debet, nec idem jus prælationis venditori competit, nec pacto contrahentium hoc effici potest. Hinc cum quidam vendor à re vendita recederet, & aliam rem substitui ac in eam hypothecam antea in re vendita reservatam judicialiter transferri curaret, nullam habebat prioritatem, quam à die istius judicialiter factæ oppignorationis, ex Sententia Dominorum Scab. Lipl. M. Jan. 1695. in Henschelischen Concurs zu Grimma.

### §. XXXIII.

Quum autem juxta l. 27. ff. de noxa. act. pignus nul-  
lum sit, h. e. inutile, cuius persecutio negatur, nec sine judicis autoritate possessionem pignori adipisci liceat *Hinc nascitur interdictum Salvianum* l. 3. C. de pign. hinc vendori quoque concedenda sunt *num utile & remedia, quibus jus suum persequi possit.* Competit ei *actio hypothecaria* ex hoc jure reali utile interdictum Salvianum vid. MER-



*LIN.* ad *Tr. de Pign.* & *Hyp. Dec. S. Rot. Rom. 72. n. 8.* et actio hypothecaria s. quasi Serviana §. 7. *J. de Act.* Quatenus illud obtineat, & quando id eligere sit consultius vid. *Illust. Dn. STRYK. de J. A. F. Sect. II. m. 5. §. 5.* hanc autem non solum ipse vendor, sed etiam ejus successor universalis æque ac singularis a. l. fin. *C. de hered.* & *act. vend.* tam contra morosum emtorem, rem venditam possidente, quam adversus tertium possefforem, l. 13. §. 3. & l. 16. §. 3. ff. *de pign.* & *hyp.* recte instituit, etiam si ille nondum sit excusus l. 14. *C. cod.* & *Nov. 112. conf. STRYK. c.l.* *BERLICH. P. 2. C. 24. n. 67.* *CARPZ. P. 2. C. 18. d. 18.* & *L. II. Resp. 72.* *SCHNEIDEW. ad §. 6. J. de action.* Contrarium tamen Juri Saxonico Electorali magis convenit propter *ORD. PROC. SAX. Tit. XLIV. §. Denn obwohl* verba enim ibi ita se habent ut de prædio specialiter oppignorato sint accipienda, licet observantia discrepet.

#### § XXXIV.

*Et vendor consequitur possessionem.* Hisce remediis vendor consequitur rei venditæ possessionem, vid. l. 66. ff. *de Errict.* l. 10. ff. *de pign.* Qualis hæc sit & quæ nam commoda ex ea ad creditorem perveniant, de eo vid. *BALDUIN. d. Tr. C. 15.* & ex his non ultimum locum occupat jus retentionis propter alia debita venditori competens a. l. un. *C. Etiam ob Chirogr. deb.* Tandem ad ipsam rei venditæ & oppignoratae distractionem fit progressus. Quomodo hic sit procedendum, id exhibent *Dd. ad Tit. ff.* & *C. de dist. pign.* & de Jure Sax. conf. *Excell. Dn. MENCK. Tr. Synopt. Pand. eod. tit.* vide tamen quæ de feudo supra §. 26. dicta sunt.

#### § XXXV.

*Preter hypothecam habet jus* Ut plurimum tunc fit concursus creditorum, ubi vendor novum commodum ex sua reservatione fen-

sentit, sc. jus singulare prælationis quod ipsi sine hoc prælatio-  
pacto non competit. Fundamentum hujus præro-nis vi hujus  
gativæ ex antea dictis patet. Venditor sc. in tali ca-hypothecæ.  
su vel non vendidisset nisi ei, qui paratam solvisset pe-Fundamen-  
cuniā, vel fidem non habuisset, nisi hac reservata hy-tum præro-  
potheca fretus, & ita dominium ad emtorem non tra-  
nisi nisi cum onere hypothecæ, dumque hæc rem affi-  
cit, antequam ad emtorem pervenit, hinc nec ipse em-  
tor nec aliis ab eo plus juris habere potest, quam in  
ipsum est translatum: adeo, ut secundum strictam ju-  
ris rationem res vendita quatenus eam hypotheca uffi-  
cit, in tributum h. e. distributionem venire non debeat,  
a. l. 5. §. 8. 17. ff. de tribut. act. & l. 5. C. qui pot. in pign. unde  
tali venditori quasi jus separationis tribuit BRUNNEM.  
de Concurs. Credit. c. V. §. 13. Ex hisce amplius fluit, quod  
nullus creditorum venditori præferri possit, nisi qui  
jus in re vendita ante hanc reservationem habuit, vel  
singulari privilegio gaudet, vid. ORD. PROCESS. SAX. d.  
l. ubi: in Erwegung/dass der Schuldner solch Guth bald  
Anfangs mit dem Onere und Beding überkommen/dass  
es dem Verkäufer verpfändet seyn sollte / daher auch  
kein anderer des Schuldners Gläubiger / vor dem Ver-  
käufer beständiger Weise einig Recht daran erlangen  
können. Conf. NEGUS. P. V. sm. 2. n. 18.

### §. XXXVI.

Ut autem eo melius constet, quo nam loco venditor Quinque  
sit ponendus, repeterem liceat V. classes creditores gene-communiter  
rales, (nam specialiter classes diei solent ii numeri, qui classe credi-  
bus creditores certi concursus in sententia designatio-torum faci-  
nis inter se distingvuntur) ubi Dd. ad primam classem unt Dd.

referunt eos, qui ex dominio, vel utilitate publica, vel alia cauta singulare jus prælationis habent ante omnes reliquas classes; ad secundam illos, quibus hypotheca cum personali privilegio competit, ad tertiam simplices hypothecarios, ad quartam personaliter tantum privilegiatos, & ad ultimam denique chirographarios s. simplices creditores. Et si aliquatenus tantum inquirimus in rationem & connexionem hujus ordinis cur hæc vel illa classis alteri anteferatur, mox ex antea dictis appetet venditorem nostrum in prima classe locum obtinere.

*Ad primam  
pertinet bec  
reservata by-  
pothecca*

*Ratio hujus,*

Inter simplices enim hypothecarios referri nequit venditor, quia præter hypothecam habet privilegium ut omnibus anteferatur. Nec ad secundam classem vocandus est, ipsius enim privilegium non est personale, quia, sive mulier sive alia persona viderit, illud non habet, nisi reservaverit hypothecam, sed juri reali & causæ datum, atque hinc reale, & ad personam venditoris ejusq; conditionem non restrictum, quod personali omnino præferendum. In privilegiis enim concurrentibus videndum, cuius causa sit potior; quis vero dubitat venditoris causam esse potiorem, qui dominium suum non nisi cum hoc onere tradidit, nec rem vendidit, nisi hac reservatione fretus? Talis est, qui de damno vitando i. jure amittendo certat, quum è contrario emtoris creditores jus in re emta ambientes agant de jure quærendo, & ita de lucro captando. Præterea, etiam si de prærogativâ realium privilegiorum contra quævis personalia affirmanda non essemus solliciti, hæc tamen cur illis præferri debeant, non videmus.

*Quod si*

Quodsi vero utrumque in eorum concursu tolleremus,  
quia privilegiatus contra æque privilegiatum suo pri-  
vilegio non utitur, vid. l. ult. ff. quæ pot. in pign. & l. 12.  
C. eod. Nov. 91. c. 1. venditoris hypotheca in re vendita  
prior esset omnino omnibus hypothecis ab emtore  
vel ejus successore constitutis, aut eorum creditori-  
bus à lege concessis. Imo hæ rem venditam, quatenus  
hac reservata hypothecâ onerata est, nunquam affe-  
runt, & hinc solum personale privilegium istam præro-  
gativam haud posset operari. Merito igitur venditor se-  
cundæ clasfi, & per consequenti am' etiam sequentibus  
præponitur, quam sententiam confirmat *ORD. PROC.*  
*MAGD. & SAX. cc. II.* Dissentit *LAUTERBACHIUS* ad Tit. *Opinio Lau-  
ff. de privil. creditorum p. m. 587.* ubi tali venditori, & ei, <sup>terhachii re-</sup>  
qui ad rem emendam pecuniam mutuo dedit cum pa- <sup>futatur</sup>  
cto pignoris, eandem tribuens prioritatem, utrum-  
que inter personaliter privilegiatos ad secundam  
classem refert. Verum quæstionem de casu in d. l.  
7. C. qui potiores in pign. expresso intactam relin-  
quentes, urgemos non solum ea, quæ alitea dixi-  
mus, sed etiam notoriam differentiam inter hanc ab  
emtore constitutam & nostram à venditore antetrans-  
lationem dominii reservatam hypothecam. Non enim  
eandem sed majorem in hac esse rationem & causam  
prælationis appareat, dum hæc ipsam translationem &  
acquisitionem dominii afficit, illa vero tantum rem  
acquisitam: & alia conditio esse debet domini pignus  
sibi reservantis, antequam jus proprietatis cum hoc o-  
nere transfert in emtorem, & alia creditoris mutuan-  
tis in re à debitore emta, nullum jus in ea habentis.  
*Cons. NONIUS ACOSTA d. Reg. 2. ampl. 4. n. 16.* Et huc  
quo-

*Num talis hypotheca preferatur anteriori dotti? Affirmatur.*

quoque pertinet quæstio, an venditor vi hujus reservatæ hypothecæ doti anteriori sit præferendus, id quod negat PARLADOR. Rerum quotid. L. I. c. 8. SALICET in l. 5, ff. qui portiores in pign. JASON in l. 29. ff. de R. C. verùm recte affirmat NONIUS ACOSTA c. l.

### §. XXXVIII.

*Quisnam in prima classe ei proposa-tur?*

Hic non subsistendum est, sed quia in prima classe plures creditores concurrunt, de eorum prærogativa respectu venditoris nostri solliciti esse debemus. Ut de iis taceam qui rem apud debitorem existentem vindicatur?

*Num sumtuos in utilitatem concursus facit?*

re possunt, prima quæstio sit de sumtibus in communem utilitatem omnium creditorum necessario factis, num hi præferantur? Hos ante omnia deducendos & postea demum bonorum calculum faciendum esse, arguit l. 4. §. 1. ff. fin. regund. l. 22. C. d. jure de lib. & eum, qui sumtus necessario fecit, semper præcedere jubet l. 8. ff. de positi. maxime quoad expensas judiciales ob processum concursus faciendas conf. ORD. PROC. MAGD. c. XLIX. Et quotidiana observantia, etiam in Saxonia, testatur, ut hi sumtus in sententia designationis mox primo loco ponantur, prout in casu, ubi durante concursus processu frumentum seminarium quis subministraverat, judicabatur à Dominis Scabinis Lips. M. Aug. 1702. in Hans Francens Concurs an den Amtmann zu Wiesenburg. Ita tamen hi sumtus prærogativam habent, ut quando bona debitoris ad satisfaciendum omnibus creditorib[us] non sufficiunt, non ante distributionem toti massæ, sed istâ facta iis tantum detrahantur, quibus satisfit, quæ limitatio ipsi quoque sententiæ desi-

gnata

gnationis hoc modo inseritur: Dafern aber des Schuld-  
ners Vermögen zu aller Gläubiger Besiedigung nicht  
zureicht/ werden solche (sc. die den Concurs zum besten  
auffgewandte Uinkosten) nur denenjenigen / so ihre  
Bezahlung erlangen/pro rata gefürzet. Conf. ORD. PROC.  
MAGD. d. l. §. 7. Hinc cum nullibi, exceptionem vendi-  
tori ex reservata hypotheca competere , reperiatur,  
quoad ipsum hæc omnia procedere concidimus.

### §. XXXIX

Præter hos sumtus in prima classe locum habent *Impensa fu-*  
*impensæ in funus debitoris factæ*, quibus de Jure Ci-  
vili prærogativam concedere non dubitamus *a. l. 20. l. vili prefe-*  
*43. §. 1. & l. 45. ff. de religioſ. l. fin. C. d. jure delib. l. i. §. fin. ad runeur,*  
*L. Falcidiam* licet enim hanc ex jure divino non dedu-  
camus cum *RODERICO in Tr. de Concurſu. P. l. art. 3. n. 3.*  
utilitate publica tamen nititur, ne mortuorum cada-  
vera maneant insepulta, fœteant, aeremque corrumpant,nec non religione atque pietate, quibus omnibus  
privata autoritas & stricta juris ratio cedere debet, pro-  
ut in harum impensarum prælatione religionem sum-  
mam esse rationem dicit Papinianus in *d. l. 43. §. 1. vid.*  
*l. 3. C. d. primipilo conf. MERLINUS d. Tr. L. IV. qv. 17. n. 15.*  
*NONIUS ACOSTA Reg. II. ampl. l. VANDERANUS de Privil.*  
*Cred. cap. I.* Aliud expresse disponit, strictam juris rati- *Non de jure*  
onem, quod non nisi cum onere in bonis debitoris sit, *Magdebur-*  
sequens *ORD. PROCESS. MAGD. d. l. §. 12. ubi sumtus fu-* *gio*  
*neris non huic reservato pignori tantum, sed etiam*  
*aliis adhuc postponuntur.* Et idem de Saxonia dicen-  
dum *vid. ORD. PROC. SAX. c. l. §. Nächst diesen; quod nec in Saxo-*  
*nem, quo in dicta Ordinatione recensentur, sibi invi-* *nia.*

E

cem



cem præferri debeant, docent. *Resol. Grav. Tit. von Consistorial-Sachen n. s.* hisce: daß der Bezahlung halber die Ordnung / wie die Gläubiger in der neuen Gerichts-Ordnung der Rethe nach erzehlet werden / ins- füsstige gehalten. *c. conf. BERLICH. P. 1. concl. 64.*

§. XL.

Eandem differentiam Juris Civilis, Magdeburgici & Saxonici notare debemus circa quæstionem, num fiscus quoad tributa realia priorem locum obtineat? Hisce reservatam hypothecam Jure communi postponendam esse, recte asseritur, nam non personis sed rebus indicuntur *l. 3. C. de annonis.* ita ut ipsa res ad ea præstanda sit obligata *l. 1. C. in quibus causis pign.* nec tam persona quam ipsa res ob cessationem conveniatur juxta *l. 7. ff. de public. & vectig.* & ab eo, qui possidet, etiamsi ad reliquum aes alienum defuncti solvendum non sit obligatus, petatur *l. 2. C. de annonis.* Imo in *l. 1. C. si propter publicas pensit.* dicitur, ob tributorum cessationem factam venditionem revocari non posse à creditore jus pignoris in ista re prætendente, quia potior est causa tributorum, & his priore loco omnia bona cessantis sunt obligata. Quid hæc lex aliud dicit, quam quod fiscus ratione tributorum præponendus sit omnibus hypothecariis etiam anterioribus? Nec obstat, quod vendoris hypotheca aliis quoque etiam anterioribus præferatur *a. l. 5. C. qui potiores in pign.* & privilegiata sit ob id, quod non nisi cum onere in bonis sit, uti tæpius dictum; Nam fisco quoque non nuda hypotheca sed jus prælationis ei cohærens competit, & si utriusque tam fisci quam vendoris privilegium consideramus, in hoc utilitatem privatam & strictam juris rationem, in isto uti-

utilitatem publicam, quæ summa ratio est, deprehendimus privilegii causam, ex qua privilegia debent æstimari juxta. l. 32. ff. de rebus auct. jud.

§. XLI.

A jure Civili autem recedit ORD. PROC. MAGD. quæ *Non jure* Tit. XLIX. class. 1. postquam in §. 3. huic reservationi Magdeburgo prærogativam concessit, in §. 14. subsequenti tributis logico cum assignat. Et eodem modo in Saxonia venditor locum habet priorem, quam tributa, vid. ORD. PROC. *Nec in Saxo-* SAX. d. t. 42. conf. *supra* §. 40. dubiumque circa hanc thesin *nia* ortum, composituit Elector Saxonie in Dec. LXIII. distinguendo inter retarda, quæ ante vel post hypothecam excreverunt. Quævis enim debita, quæ non affecerunt, antequam venditor sibi reservavit hypothecam, prius solvenda erunt. Conf. PHILIPP. ad d. Dec. Elec. B. Obs. 2. n. 16. Nec obstat, quod in d. Ord. venditor in ordine verborum prior sit, & creditoribus secundum ordinem, quo recensentur, satisfieri debeat, juxta ea quæ supra dicta sunt: Pro nostra enim opinione militat summa æquitas, & lex posterior ita erit explicanda, ut absurditas evitetur, quæ omnino aedesset, si venditor in hoc solo, quod ejus hypotheca rem affecerit, antequam in emtoris bona transiit, fundamentum prælationis quærens, eandem rationem in aliis agnoscere nolle. Hinc ad conciliandam antinomiam dicere licet, quod Ordinatio Processus post eos, qui jure domini rem apud debitorem existentem vindicare possunt, ponat ordinem eorum, qui ex jure hypothecæ antea, quam in debitor rem acquisivit, competentis, emtoris creditoribus præferri debent, & sicuti prior regula ita & hæc variis casibus fit illustrata, ideoque in uno ordine ven-

ditor sibi hypotheam reservans & is, qui anteriorem expressam hypothecam in eadem re habuit, comprehendantur. Huc quoque spectant ea, quæ in antecedentibus passim de prælatione venditori competente dicta sunt.

### §. XLII.

Num hoc jus  
prælationis  
a usuras ex-  
sudendum?

Sed num venditor ex reservata hypotheca jure prælationis gaudet tam quoad sortem seu pretium, quam quoad usurus? Affirmatur, ita ut usura simul cum sorte in una classe adjudicari debeant *vid. l. 18. ff. qui potiores in pign. & BRUNNEM. ad d. l. RICHTER. de Privileg. Cred. C. VII. n. 29. MOLLER. L. I. Sem. c. 28. CARPZ. P. I. C. 28. def. 160.* nec distinguendum sit, an bona ad satis faciendum omnibus creditoribus sufficient nec ne, *conf. PHILIPP. ad Dec. Elect. VIII. Obs. 5. n. 13.* Dissentit RICHTER. c. l. n. 38. Idem procedit in Saxonia Electorali juxta ORD. PROC. SAX. Tit. 59. §. Denn wenn einer. Quamvis autem in hoc Ducatu Magdeburgico olim Jus civile observatum fuisse testetur RICHTER. c. l. n. 36. hodie tamen post ORD. PROC. MAGD. de anno 1686. b. l. interesse moræ distinguendum est ab usuris, ita ut illud eadem, qua sors prærogativa gaudeat, haec verò in tertia deum classe locum obtineant *vid. Cap. 49. §. 4.*

### §. XLIII.

Num ad ven-  
ditoris here-  
des & cesso-  
narium?

Porro sicuti supra diximus, actionem hypothecariam competere non tantum ipsi venditori sed etiam ejus successoribus tam universalibus, quam singularibus; ita quoque nullum dubium est, quin in eos ius prælationis transeat, cum non sit jus personale, sed reale & hinc ad heredes transmissible, quale quid regulariter cedi potest. *Conf. l. 13. qui pot. in pign. Illustr. Domini STRYKII Dissert. de Jure non Cessibili. CODEX FABR. L. VIII. tit. 9. def. 4.*

### §. XLIV.

Debito soluto  
hypotheca

Quamvis autem soluto debito pignus perire neces-  
sum

sum sit, & parte debiti soluta, obligationis pars extingua-<sup>expirat, non</sup>  
tur; nihilominus, quandiu adhuc aliqua pretii pars resi-<sup>secus si mini-</sup>  
dua est, tota res vendita manet obligata, ita ut emtore <sup>ma ejus pars</sup>  
in reliquo solvendo moram faciente, venditor possit to-<sup>residua</sup>  
tam rem venditam pignoris jure vindicare, & retinere  
quoad usque totum ei pretium solvatur, imo rem di-  
frahere l. 6. C. de disfr. pign. l. 9. §. 3. ff. de pign. act. l. 2. C. de-  
bit. vend. pign. imped. non posse COD. FABR. L. W. Tit. 33. def.  
6. HARTM. PISTOR. P. 3. qv. 12. n. 6. HOFFMANN. de Jure  
Rer. Indiv. Cap. III. Sect. 3. m. 9. ubi pra. CARPZ. P. II. const. vel usura  
23. def. 31. Id quod non de residua sorte tantum, sed etiam  
de usuris nondum solutis accipi debet d. l. 2. l. II. §. 3. ff.  
de pign. act. MERLIN. de Pign. & Hyp. L. V. qv. 1. n. 16. qv. 2. n. 25.  
quamprimum autem venditori solutione, compensa-  
tione vel alio modo satisfactum est, hypotheca est sub-  
lata d. l. 9. & l. 4. ff. qui pot. in pign. l. 6. ff. quib. mod. pign. vel  
hyp. solv. Hinc, si ponamus, filium patri vendidisse fun-<sup>Num confu-</sup>  
dum cum reservatione pignoris pro pretio residuo, &<sup>sione hypo-</sup>  
hoc nondum soluto patrem esse mortuum, atque fili-<sup>theca hacten tol-</sup>  
um ejus fieri heredem, confusione tolletur debitum &<sup>latur?</sup>  
hypotheca amplius non valebit. l. 7. C. de pact. l. 22. l. 50.  
ff. de fidej. & mand. nisi confecerit inventarium l. 22. §. 9.  
C. de jure delib. Item si creditorum fit concursus, nec bo-  
na sufficiunt, filio adhuc salvum est debitum & jure præ-  
lationis gaudet a. l. pen. §. 1. ff. de Except, reijud, conf. BRUN.  
NEM, add. l. MERLIN. L. V. qv. 16.

§. XLV.

Renunciatione quoque pignus tolli in aprico ast, non tantum expressa <sup>Num renun-</sup>  
sed etiam tacita, ubi jam remissionem pignoris præsumunt. Idem h. l. ob-<sup>ciatione,</sup>  
tinet, quodsi ergo venditor consentiat in aliam venditionem rei sibi <sup>An consenti-</sup>  
oppignorata juxta hypothecæ & prælationis regulariter amittit a. l. 4. §. endo in ven-<sup>ditionem,</sup>  
i. ff. quib. mod. pign. vel hyp. solv. l. 2. C. de remiss. pign. Ast num consenti-<sup>vel oppigno-</sup>  
ens in oppignorationem tertio creditori faciendam sui pignori renunci-<sup>rationem po-</sup>  
alle censendum est? Ante omnia hic juxta l. 12. §. 4. ff. qui potiores in pign. vi-<sup>den-steriorum?</sup>

dendum est, quid actum sit: utrum ut discedatur ab hypotheca in totum, an ut ordo servetur, & prior creditor posteriori loco constituantur; quoties autem de eo non constat, in dubio vendoris jus suum remisisse videtur l. 9. & i2. ff. quib. mod. pign. vel hyp. solv. p. l. 2. C. de remiss. pign. HARTM. PISTOR. L. III. qv. 16. & imputet sibi, quod consensum suum absque restrictione dederit a. l. 4. ff. quib. mod. l. 39. ff. de patis. Dissentit CARPZ. P. I. C. 28. def. 131. statuens, quod tantum alterius creditoris locum salvo jure hypothecæ occupet. Quæ sententia in Saxonia Electorali quatenus obtineat, vid. ORD. Proc. Sax. Tit. 46. §. Es trægætsch.

§. XLVI.

Exspirat rei  
i nteritudo-

Interitu quoque rei vendite totali jus vendoris reale & præla-

tionis, quia rem venditam specialiter afficit, perit. l. 8. ff. quib. mod.

pign. salv. non si pars ejus salva manet. Hinc domo vendita combu-

Non partiali. sta, area manet obligata, & in nova re ædificata vendor pignus habet

vid. l. 29. ff. de pign. & hyp. HOFFM. c. l. n. 4. conf. CARPZ. P. I. dec. 12.

ubi dicit; domo combusta in cæmentis, ex quibus alio in loco domus

fuit ædificata, hypothecam remanere.

§. XLVII.

Præscriptio-

ne.

Et versione in

mutuum jure

Magd. jus

prælationis.

Quæ tandem de præscriptione dicere possem, de eo videantur

Dd. ad Tit. ff. d. pign. & Hyp. Unicum ad hoc notandum est ex ORD.

PROC. MAGD. d. l. §. 4. quod vendor amittat jus prælationis, quando

residuum pretium in mutuum mutat, ubi tamen hypotheca ipsi salva-

mancabit, & ita in tertiam classem recedit. Finis esto.

C O R O L L A R I A.

I. Nulla Ceremonia consensu totius Ecclesiæ Evangelicæ recepta.

II. Nulla Ceremonia consensu totius Ecclesiæ Evangelicæ rejecta, sed quælibet Ecclesia particularis pro arbitrio mutavit quod ad superstitionem magis, quam ad ædificationem pertinere videret.

III. Frustra ergo sunt, qui hodie in mutandis Ceremoniis & ad meliorem Ecclesiæ ædificationem dirigendis Principis potestatem ad consensum totius Ecclesiæ adstringunt.

IV. Una tamen occurrit Ceremonia, quam & Ecclesia Apostolica & Catholica usque ad reformationem Evangelicam ex parte servavit, Ecclesia vero Evangelica non per consensum unanimem, sed per incutriam sustulit, scilicet fractio panis in administratione Sacrae Cænæ. Sane nullam Missam esse sine fractione panis, jure Canonico certum est, quod totidem verbis urget Lutherus.

in to-  
stitua-  
um re-  
de re-  
d con-  
ff. de  
lterius  
axonia  
etsich.

# SAMVEL STRY- KIVS, JC.

Reg. Majest. Pruss. Consiliarius inti-  
mus, & Facult. Jurid. Ordinarius,

*Præstantissimo Juveni,*

## DN. JOHANNI NICOLAO MOLLWIZIO

Salutem!



*Uti alios commendare solent publice,  
plerumque vel precibus, si non pre-  
tio, vel intempestivo affectu abriun-  
tur, ut laudibus non raro cumulent  
illos, quorum nec mores nec studia  
in comperto habent, & qui vituperium potius  
quam encomium merentur, quo factum est, ut  
exigua his commendationibus habeatur fides.  
Hinc & ego difficilis esse soleo, ut petentium de-  
siderio hoc passu satisfaciam. Tibi vero, Do-  
CTISSIME MOLLWITZI, ut publicum concederem  
testimonium, eò minus dubii apud me resedit,  
quo majori fiducia de honestis Tuis moribus &  
F studiis*

Studiis plane eximiis testari valeo: Etenim post-  
quam ex Academia Lipsiensi huc accessisti, quod  
factum est ante biennium, non tantum Te Audi-  
torem & domesticum habui, sed & in Museo &  
Bibliotheca mibi quotidie in oculis fuisti, ut ea  
propter vita Tua hic loci transacta mihi perspe-  
ctissima sit. Quare cum mores ad honestatem  
compositos vitaque integritatem quotidie inspe-  
xerim, & quantum studiis Tuis hic loci acces-  
serit, probe sciam, & ut hoc alii perinde sciant,  
publica Disputatione praes, non possum non,  
quin de bonis omnibus commendatisimum esse  
cupiam, & patria Tua multum utilitatis ex stu-  
diis Tuis promittam. Ad hanc vero cum jam,  
favente Deo, Te evocaverit CELSSI  
MVS COMES SCWARTZBVR.  
GICVS, sapientissimus ingeniorum arbiter,  
munerumque publicorum distributor, animitus  
voveo, ut spartam, quam nactus es, feliciter  
ornes, dignumque Te exhibeas, ut majoribus  
etiam muneribus in patria subeundis admo-  
veri merearis. DEUS Adjutor tuus sit, ut &  
hujus gloria & salus publica per te insigniter  
promoveatur; Vale. Dabam Hala Magdebur-  
gica d. XXI. Januarii Anno CIC 10CC IV.

NOBI.

post.  
quod  
audi-  
eo E  
ut ea  
rreper-  
atem  
nspe-  
cces-  
iant,  
non,  
esse  
stu-  
jam,  
SSI-  
R.  
iter,  
itus  
iter  
ibus  
mo-  
t &  
iter  
ur-  
•  
OBI-

NUBILISSIMO ATQUE DOCTISSIMO  
**DN. RESPONDENTI**

S. D.

PRÆSES

**Q**uamvis mea commendatione Te haud indigere sciam, multisque Te elogiis efferre merito superlēdeam; ne eorum, quibus notus es, benevolentia erga Te diffidere, ab aliis autem, ut mihi fidem habeant, exposere videar; Nihilominus, cum tesseram amoris ab hinc discessurus desideraveris, debitum solvam, atque unicum eorum causa, qui vel Tibi favere incipiunt, vel in posterum benevoli erunt, huic dissertationi adjiciam. Optimum Tuæ virtutis & eloquentiæ argumentum esto, gratia Illustris JCTI, DOMINI SAMUELIS STRYKII, SERENISSIMI AC POTENTISSIMI REGIS BORVSSIAE CONSILIARII INTIMI &c, qui hactenus de ad manum habuit. Sicuti enim amicitia non potest esse nisi inter bonos; ita bonum eum esse oportet, cui Vir Magni Nominis favet,

faver, cujusque quotidianam consuetudinem  
ille non abominatur. Publicum Specimen  
probabit, hanc valere consequentiam, & eos  
maxime convincet, quibus constat, modicum  
temporis spatiū Tibi fuisse relictū, quo ad  
hunc actū disputatorium Te potueris accin-  
gere & præparere. Certa spe fretus, fore, ut  
Virum Te præstes, de eo Tibi gratulor: Super-  
est votum, in quo itidem brevis ero: Appre-  
cor Tibi perpetuum divini Numinis gratiam,  
qua haec tenus ductus feliciter res Tuas egisti, &  
in posterum ages. Vale.

---

**F**ulget, Amice, mihi duplex occasio grata,  
Qua Tibi felici vota ferenda jubet.  
Patria Te vocat hinc ad munera publica ha-  
benda,  
Atque Cathedra docet, Te meruisse bene.  
Gratulor inde Tibi, votis ad sidera missis,  
Ut porro felix crescere in Orbe velis.

Hisce pauculis tam sincerum quam debitum  
animum erga Nobilissimum Dominum  
Disputantem, amicum & Conterraneum  
suum honoratisimum, contestari voluit,  
debuit

**Wilhelm, Ludov. à Beulvvitz,**  
Eques Variscus.

02 H 588

ULB Halle  
003 095 398

3



QJ.



B.I.G.

